

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Mansuetudo b
cum fontibus proximo et primo

Manipulus florum, Mansuetudo b:

Mitescere est non contradicere diuine scripture siue intellecte, si aliqua uicia nostra percutit, siue non intellecte, quasi nos melius et uerius sapere et precipere possemus.

Augustinus libro II. de doctrina Christiana.

Fons proximus:

Et ideo Augustinus dicit, in II *de Doct. Christ.*, quod mitescere est non contradicere diuinae Scripturae: sive intellectae, si aliqua vitia nostra percutit; sive non intellectae, quasi nos melius et verius sapere et praecipere possemus.

Thomas de Aquino, *Summa theologiae, Secunda secundae*, 157.4.resp.1 (P. Caramello ed., p.687).

Fons primus:

Deinde mitescere opus est pietate neque contradicere diuinae scripturae siue intellectae, si aliqua uitia nostra percutit, siue non intellectae, quasi nos melius sapere meliusque praecipere possimus, sed cogitare potius et credere id esse melius et uerius, quod ibi scriptum est, etiam si lateat, quam id, quod nos per nos ipsos sapere possumus.

Augustinus Hipponensis, *De doctrina Christiana*, 2.7.9 (CCSL 32, K.D. Daur & J. Martin eds., p.37, ll.7-12).